

maticorum ordini accenserī posse, ex Libris nostris Symbolicis, & Historia Reformationis claret qvippe. Qvos Papa Leo X. & subseqvens Concil. Trident. Anathematis fulmine ex Communione Fidelium , qvi sub ejus jugo gemebant, expulit. Dogmata verò nostra ne qvidem Imperator hæretica vocavit & Nostros neqvaquam Hæreticorū sed Distentium nomine appellavit. Hinc etiam ne Sectæ qvidem nomine ab impio Fridlibio nos compellari sustinemus, Paulum ducem secuti, qvi viam nempe Salutis nominat, qvam se ñ nomine ab aliis proscindi videt, Aëtor. XXIV, 14. Romanam verò Curiam, sive Regnum Pontificium , cuius ab Ecclesia Romana discrimen vid. Apol. f. 141. 142. 149. 150. ejusqve *bassatores* cum suis *similibus*, fidei fundatum everttere res ipsa docet. Ideoque *Hereticos*, Veritatis impulso , absque injuriandi animo recte vocamus. conf. Apolog. f. 143. 145. 147. 148. item *Hunnii Tract.* qvem vocat *Innocentiam Lutberanorum contra Dilligenses*, atque Jesuit Tannerum scriptam, im punto injuriarum, ex asserto Hæres. & Anti- Christianisini in Roman. Imper. & status cathol. redundantium , qvorum Hæresis non gaudet præscriptiōnis beneficio, sicut in Politia adulterium , aut illegitimū natales, Veritatis enim atque rerum & civilium , qvæ finem litis tandem postulant , dispar est ratio.

## THESIS XVIII.

**T**olerantiam quod attinet Hæreticorū, notandum, Hæres in quidem absolute loquendo non præsumi nudis ambiguis *verbis* , dummodo de orthodoxiâ Sensūs constet , sed ex animo atque verborum intellectu , cum de